Nos Johannes dei gracia Boemie et Polonie rex ac Lucemburgensis comes ad universorum noticiam volumus pervenire, quod, quia dilecti nobis cives nostri de Lubovie pro melioracione civitatis nostre ad illos decem mansos, qui jam ad civitatem ipsam pertinent, alios decem mansos ad predictam civitatem nostram pro sua comparare pecunia promiserunt, nos proinde, eos volentes respicere favoribus graciosis, ut civitas nostra Lubovia predicta ex hoc continuis proficere valeat incrementis, cives ipsos, postquam pro sua pecunia decem mansos predictos comparaverint, ut premittitur, apud civitatem perpetuo permansuros, ab omnium steurarum, collectarum et recontribucionum dacione eximimus et eos ab hujusmodi esse volumus perpetuo liberos et exemptos. In cujus rei testimonium presentes literas fieri et sigillo nostro secreto jussimus communiri. Datum Prage IV. kalendas augusti anno domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, regnorum nostrorum anno duodecimo.

## 12.

*König Johann von Böhmen erlaubt den Bürgern von Löbau, in den Weichbilden Bautzen und Löbau gesessene Adliche Schulden halber in der Stadt Löbau zu verhaften und zu pfänden.*

**Breslau, 1329 Apr. 27.**

*Hdschr.: Bestätigendes Transsumpt von König Wladislaus (Ofen, 1493 Febr. 14, Donnerstag Valentini) im Stadtarchiv Löbau No. 29 mit S. an Pergamentstreif.*
*Gedr.: Tzschoppe und Stenzel, Urkunden-Sammlung 528. Köhler, Cod. Lus. 274.*

Nos Johannes dei gracia Boemie et Polonie rex ac Luczemburgensis comes notum esse volumus tenore presencium universis, quod nos, dilectorum nobis civium Lobaviensium comodis ac profectibus, qui nostris se promte conformarunt beneplacitis, intendere cupientes, ipsis hanc duximus graciam faciendam, quod omnes ac singulos nobiles aut alios in Budissinensi et Lubaviensi destrigtibus *(sic)* residentes pro ipsorum debitis in civitate nostra Lobavia predicta occupare, arrestare seu impignorare usque ad plenam debitorum suorum solucionem valeant libere atque possint harum testimonio literarum. Datum Wratislavie anno domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, quinto kalendas maji.

## 13.

*Der Rath zu Löbau urkundet, daß ein Bürger der Stadt Namens Walther einen Wald bei Kunewalde den Minnerbrüdern zu Löbau geschenkt hat.* **1336 Febr. 22.**

*Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Löbau No. 4 mit S. an Pergamentstreif (Abbildung No. IX).*
*Gedr.: Köhler, Cod. Lus. 311.*

In nomine domini amen. Deficeret cunctorum memoria gestorum, nisi testimonio simulque scripto solido muniretur. Inde est, ‖ quod nos, Henricus de Desen magister civium, Petrus de Kemenicz, Peregrinus de domo lapidea, Heyno ejusdem Peregrini filius, ‖ Petrus de Schonenbuch ceterique consules, jurati et universalis colleccio civitatis Lubaviensis ad noticiam tam presencium quam futurorum ‖ cupimus pervenire, quod honestus